



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

6. De valore huius Missæ, ratione sacrificij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

*De valore huius Missaratione sacrificij.*

C A P V T VI.

**D**ifficilis est haec materia, nec Doctores in ea sunt conformes: dicam ea, quæ mihi probabiliora viva sunt.

Valor huius sacrificii duplice ex parte sumi potest: una ex ipso actu offerentis; alia ex ipsam et re oblatam et summa duo valores distincti. Actus quidem ipsius offerentis augumentum secundum quod magis est deuotus, vel minus, aut ex maxima vel minori charitate procedit. Valor tamen ex parte ipsius oblationis semper est unus, & idem: qui quidem finitus quidam gradus est. Nam quamvis res oblata sit infinita, quamvis offerens est finitus, & oblatione finita, ad certum finitum valoris modum determinatus est: quemadmodum in ipso sacramento, ut sacramentum est, gradus finitus valoris continetur, quando confertur alijs, quamvis in se res infinita sit; quam sacramentaliter continetur, & datur: prior valor dicitur ex parte operantis, posterior ex opere operato. Qui quidem valentes, in sacramentis continentur. Unus est etiam in adultis, et actibus suis dispositi, sacramenta suscipiunt. Iste datus effectus valoris, non solum ratione sacramenti, sed ratione horum actuum: at vero in parvulis solum est valore ex operato sacramenti. Ut igitur in isto sanctissimo sacramento continetur certus gradus valoris ex opere operato, ut sacramentum est, sic etiam alijs gradus continetur in ipso, ut sacramentum est, ultra actum sacrificantis, & ultra actum eius, pro quo sacrificatur. Valor autem iste est trium bonorum: valet enim ad bona temporalia, valet ad bona spiritualia, gratiam scilicet, & inspirationes, ac dispositiones; valet etiam ad satisfactionem pro peccatis debitis pro peccatis, ita ut sacrificium oblatum conferat bona corporalia, gratiam, remissionem peccatarum, omnia sub certo gradu ex parte operati.

Modus autem, quo ista bona conferuntur, non unus, sed triplex est. Conferuntur enim ista per modum meriti, per modum satisfactionis, per modum impetrationis, scilicet fragij.

In primis per modum meriti de condigno conferuntur gratia augmentum, & per modum meriti de congruo conferuntur bona temporalia bona. Dicitur autem conferre per modum meriti, quia offe-

offerens sacrificium hoc, ratione ipsius rei oblatae, mere-  
tur gratiae augmentum, sicut ratione ipsius oblationis, seu  
actus.

Conferetiam satisfactorie pro poena debita peccatorum,  
ita ut sacrificium hoc inducat remissionem poenae.

Conferat etiam per modum impetrationis, quatenus offe-  
rens tale Sacrificium, à diuina clementia obtinet ea, quæ pe-  
tit, licet non de iustitia. Et hoc modo maximè prodest mor-  
tuis, quantum ad solam remissionem poenae, quandoquidem  
mereti non possunt. Viuis autem duobus primis modis  
conferat, & etiam tertio. Sed duo priores solum viuis compe-  
nunt, nisi mortui, dum vixerunt, ad missas sibi celebrandas pe-  
cunias erogarunt. Tunc enim per modum satisfactionis, &  
iustitiae conferunt. Hoc enim est discriimen inter illos modos,  
quod duo priores, in quadam iustitia fundantur. Ultimus ve-  
ro in diuina tantum misericordia, quamvis hæc numquam  
cessit. Assimilatur autem proportionaliter celebrans Christo  
domino, se per mortem offerenti; Christus enim dominus, se  
Patri hostiam pro peccato offerens, à Patre meruit de condi-  
tione gratiam, licet non sibi, sed nobis meruit remissionem pe-  
cuniarum nostrarum, & impetravit quod petiit: sic offerens in  
missa meretur gratiae augmentum, quia debet esse in gratia of-  
ferens, meretur etiā remissionem poenae, & impetrat, sed non  
infinite, ut Christus, sed finite, ut dictum est.

---

*De his, quibus sacrificium prodest.*

C A P V T VII.

O stenso valore huius sacrificij, superest examinare qui-  
bus proposit, & qui consequantur hunc valorem. Et ut ge-  
neraliter dicam, prodest offerentibus, & his, pro quibus  
offerunt, quamvis non uniformiter.

In cuius gratiam scito, multos esse offerentes, & multos,  
pro quibus offertur.

Offerentes enim sunt in triplici differentia, quidam imme-  
diati, & proximi & huiusmodi sunt soli Sacerdotes celebra-  
tes quidam mediati, & remoti, & huiusmodi est totus popu-  
lus Christianus: omnes enim unum corpus faciunt mysticum  
& mediate celebrant per Sacerdotem, qui nomine totius po-